



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 58. Congregatio de itinere Cæsaris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. eidem significarent, dilatum fuisse judi-  
 A. C. 1415. cium decretorium, ad duos adhuc dies,  
 nec ita rigorosum, prout antea conceptum  
 fuisset, prolatum iri.

## §. LVIII.

*Congregatio de itinere Cæsaris.*

*Ibid. p. 265.* Dein actum est de itinere Imperatoris,  
 Niciam Mense Junio profecturi, qui  
 datis ad Arragoniæ Regem literis eundem  
 rogavit, ut colloquium ad Mensem Ju-  
 lium prorogaret, quandoquidem ob Joan-  
 nis Papæ fugam diutius Constantiæ mo-  
 rari compelleretur. Ast Arragonii re-  
 sponsum, licet vigesima octava Aprilis da-  
 tum, primum sequenti Mense ad Cæsa-  
 rem pervenit. Interim in hac Congre-  
 gatione propositum est, ipsius Synodi ho-  
 norem exigere, ut nonnulli Cardinales  
 Sacræ Cæsareæ Majestati tanquam iti-  
 neris Socii adjungerentur; postea actum  
 est de Concilii Protectore, in absentia Si-  
 gismundi, seligendo. Hoc honore affi-  
 ciendum censebant Patres Electorem Pa-  
 latinum, quia vero is Gregorio Papæ quon-  
 dam adhæserat, Purpurati, instante Ur-  
 sino Cardinale, potius Norimbergæ Bur-  
 gravio hanc spartam esse deferendam  
 existimabant. Quibus sancitis, Vivarien-  
 sis, Cameracensis, de Salutiis, & Florenti-  
 nis nominati sunt, qui Imperatorem com-  
 mitaren-

mitarentur. Cum autem Arragonum Rex dilationi hujus itineris a Sigismundo petitæ assentiretur, horum Deputatorum electio in aliud tempus remissa est. Interim tamen pro Sessione sequenti præviæ dispositiones factæ fuere.

Sæcul. XV.

A C 1415.

## §. LIX.

*Sessione duodecima.*

Die vigesima nona Maji celebrata est Sessione numero duodecima. Ubi factum solemne de Spiritu Sancto decantabat Patriarcha Antiochenus, præsentibus Imperatore, Vivariensi Cardinale, qui & Sessioni præfuit, omnibusque Principibus, ceteris Cardinalibus atque Legatis. Prælecto S. Evangelio ex cap. XII. S. Joannis: *Nunc judicium est mundi, nunc Princeps hujus mundi ejicietur foras,* Episcopus Vaurensis, qui posterioris Deputationis ad Joannem socius fuit, ea, quæ antefatus Papa ipsi in responsis dederat, Synodo retulit.

Labbe Conc.  
tom. 12. p. 92.

## §. LX.

*Sententia depositionis in Joannem promulgata.*

Posthæc Atrebatensis Episcopus, requirente Synodi Promotore, depositionis decretum recitavit, his verbis conceptum.

Bzov. an.

1415.

Conc. gener.

to. 12. p. 95.

E 5

Sacro-